Cod. ... xxxv, 165.

certinum epm̄ de urbe Conſtantinopolitana cum magna pecunia redeuntem in papatum intruſit. Sʒ ob hoc factum per imperatorem gravem ultionem cepit.

145. Johes xvij. [17] ſedit menſibus 10. Et ceſs. ep. diebus 20. Hic nihil inſtituit. Hic Placentinus eps̄ vivente papa Gregorio per conſulem Urbis papatum habuit. Sʒ poſt per imperatorem excecatus fuit.

146. Silveſter ij ſedit annis 4. menſe 1. di. 8. Et ceſs. ep. diebus 33. Iſte Gallicus natione. nomine Gilbertus. qui fuit mortuus ad Scām Crucem in Jrlm. Hic primum iuvenis Floriacenſis cenobii in Aurelianen̄ diocz monachus fuit. Sʒ dimiſſo monaſterio dyabolo homagium fecit. ut ſibi oīa ad votum ſuccederent. Quod dyabolus promiſit adimplere. Iſte obſequiis dyaboli inſiſtens frequenter ſuper deſideriis ſuis cum eo loquebatur. Veniens autem in Yſpaliam cauſa diſcendi in tantum profecit. quod ſua doctrina etiam magnis placuit.